

ius dici possunt, una mensura natura complectitur, ut sicut de illis dictum est, Gen. 11. 24. Erunt duo in carne una; sic de his dici possit: Duo in mente una. Bece ex his verbis intelligi potest qualiter in anima hominis existat imago illius conjugii, & qualiter in singulis nostrum spiritualiter sint illa tria, scilicet vir, mulier, serpens.

Qualiter per illa tria in nobis consummetur tentatio.

Nunc superest ostendere, quomodo per illa tria in nobis consummetur peccatum: ubi agnosci poterit, si diligenter intendatur, quid sit in anima mortale, vel veniale peccatum: ut enim ibi serpens persuasit mulieri, & mulier viro; ita & in nobis sensualis motus, cum illecebram peccati conceperit, quasi serpens suggerit mulieri, scilicet inferiori parti rationis, idest rationi scientiae: quae si consenserit, illecebra, mulier edit cibum vetitum. Post de eodem dat viro, cum superiori parti rationis, idest rationi sapientiae, eandem illecebram suggerit: quae si consentit, tunc vir etiam cum femina cibum vetitum gustat. Si ergo in motu sensuali tantum peccati illecebra teneatur, veniale, ac levissimum est peccatum. Si vero inferior pars rationis consenserit, ita ut sola cogitationis delectatione sine voluntate perficiendi teneatur, mulier sola manducavit, non vir; cuius auctoritate cohibetur voluntas, ne ad opus usque perveniat. Si vero adsit plena voluntas perficiendi, ut si adsit facultas, ad effectum perducatur; vir quoque manducat: quia superior pars rationis illecebrae consentit: & tunc est damnabile, & grave peccatum. Quando autem mulier sine viro gustat, aliquando est mortale, aliquando veniale peccatum. Ut enim dictum est, tunc mulier sine viro gustat, cum ita delectatione cogitationis peccatum tenetur, ut faciendum non decernatur; vel cum quidam terminus, & mensura peccato adhibetur a viro, ut non liceat mulieri effrenata libertate in peccatum progredi. Si ergo peccatum non diu teneatur in delectatione cogitationis; sed statim ut mulierem tetigit, viri auctoritate repellatur, veniale est. Si vero diu in delectatione cogitationis teneatur, etsi voluntas perficiendi desit, mortale est: & pro eo damnabitur simul vir, & mulier, idest totus homo: quia tunc vir non sicut debuit mulierem cohibuit: unde potest dici consensisse.

Repetitio summam perstringens.

Itaque, ut breviter summam perstringam, quando peccatum ita in anima concipitur ut illud facere disponat, vel etiam perficiat, aliud frequenter, aliud semel, vel etiam quando cogitationis delectatione diu tenetur, mortale est. Cum vero in sensuali motu tantum est, ut praediximus, tunc levissimum est peccatum: quia ratio tunc non delectatur. Ideo autem supra dixi, aliud frequenter, aliud semel: quia ut quibusdam placet, quaedam sunt quae si tantum semel fiunt, vel facienda disponantur, damnant; quaedam vero non nisi saepius fiunt, vel facienda decernantur, ut de otioso verbo, & huiusmodi. Haec autem Augustinus in XII. Lib. de Trin. cap. xii. tradit ita. Sicut in illo conjugio primorum hominum, serpens manducandum persuasit; mulier autem non manducavit sola, sed viro suo dedit, & simul manducaverunt: ita & in quodam secreto conjugii, quod in uno homine geritur, & dignoscitur, cum rationi scientiae, quae in rebus temporalibus agendis ratiocinandi vivacitate versatur, animalis sensus ingerit, quamdam illecebram, tunc velut serpens alloquitur feminam. Huic autem illecebrae consentire, de ligno verito est edere. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superiori vero auctoritate ita retinentur membra ut non exhibeantur arma iniquitatis peccato; sic habendum aestimo, velut si lignum vetitum mulier sola comederit. Si autem in consensu illo ita decernitur quodque peccatum, ut si potestas sit, etiam opere impleatur; intelligenda est mulier dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum: neque enim potest peccatum, non solum cogitandum suaviter, verum etiam perpetrandum, efficaciter mente decerni, nisi & illa mentis intentio, penes quam summa potestas est membra in opus movendi, vel ab opere cohibendi, malae actioni cedat. Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen, & volens, idest delectans libenter, quae statim ut attigerunt animum, respici debere; negandum est esse peccatum: sed longe minus, quam si & opere statuatur implendum, & ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, peccusque percutiendum, & dicendum: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim, sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat; & ideo si sola mulier cibum illicitum edisset, sola utique mortis supplicio plecteretur: ita potest dici in homine uno, si delectationibus illicitis, a quibus continuo se deberet avertere, cogitatio libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala, sed tantum suaviter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credere. Hic quippe una persona est, unus homo est, totusque damnabitur, nisi haec quae sine voluntate operandi, sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur. Idem quoque in Lib. contra Manichaeos de Genes. Lib. II. cap. xiv. de hoc eodem sic ait. Apostolus dicit, Ephes. 11. 2. Secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiae. Numquid ergo visibiliter eis apparet, aut quasi corporis locis accedit ad eos, & operatur? Sed miris modis per cogitationem suggerit quidquid potest: quibus suggestionibus resistendum est. Non enim ignoramus astutias ejus. Quomodo enim accessit ad Judam quando ei persuasit ut Dominum traderet? Numquid in locis, aut per hos oculos ei visus est? Sed utriusque, ut dictum est, in cor ejus intravit. Repellit autem illum homo, si paradisum mentis custodiat. Posuit enim hominem Deus in paradiso, ut operaretur, & custodiret. Quia, sicut Ecclesiae dicitur in Canticis Canticorum, hortus conclusus, fons signatus: quo utique non admittitur perversitatis ille persuasor; sed tantum per mulierem decipit. Non enim etiam ratio nostra deduci potest ad consensum peccati, nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi quae debet obtemperare rationi, tamquam rectori viro. Etiam in unoquoque nostrum nihil aliud agit nunc, cum ad peccatum quisque dilabitur, quam tunc actum est in illis tribus, serpente, muliere, & viro. Nam primo fit suggestio, sive per cogitationem, sive per sensus cor-

(9) Al. conceptus. (10) Vulgata in filios.

poris, vel videndo, vel tangendo, vel audiendo, vel gustando, vel olfaciendo: quae suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non moveatur ad peccandum, excluditur serpentis astutia; si autem mota fuerit, quasi jam mulieri persuasum erit. Sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refraxerit, atque compescit: quod cum fit, non labitur in peccatum; sed cum aliqua luctatione coronatur. Si autem ratio consentiat, & quod libido commoverit, faciendum esse decernat; ab omni beata vita, tamquam de paradiso, expellitur homo. Jam enim peccatum imputatur, etiam si non subsequatur factum, quando rea teneatur (11) in consensione conscientia. Haec de animae partibus interserimus ut ipsius animae natura plenius cognosceretur, & secundum quam sui portionem in ea sit liberum arbitrium, intelligatur, scilicet secundum rationem, qua omne mortale peccatum geritur, sed non omne veniale, illud scilicet (12) quod in solo intuitu, vel motu sensualitatis existit.

Quod sensualitas saepe in Scriptura aliter quam supra accipitur, scilicet ut inferior portio rationis, ejus nomine intelligatur.

NON est autem silentio praetereundum, quod saepe in Scriptura nomine sensualitatis non id solummodo disponi intendit, intelligitur. Quod diligens lector in locis Scripturae, ubi de ipsa fit mentio, vigilanter annotet.

DIVISIO PRIMAE PARTIS TEXTUS.

Postquam determinavit de scientia quam homo in primo statu habuit, hic incipit determinare de potentia naturali, per quam peccatum vitare poterat: & dividitur in duas partes. In prima parte ostendit quod homo habuit naturalem potentiam, per quam poterat peccatum vitare; in secunda ostendit (14) quae fuerit illa potentia, ibi: Hic considerandum est quod fuerit illud adiutorium homini datum in creatione quo poterat manere, si vellet. Circa quod movet duas dubitationes. Prima ibi: Sed quomodo rectam, & bonam voluntatem habuit homo, si per eam nec mereri vitam valuit, nec in ea stare voluit? Secunda ibi: Ad hoc autem quod diximus... solet opponi sic.

Hic considerandum est, quod fuerit illud adiutorium homini datum. Hic ostendit quae fuerit illa potentia naturalis; & dicit quod liberum arbitrium: & dividitur in partes duas. In prima ostendit quid sit liberum arbitrium; in secunda ostendit quasdam liberi arbitrii conditiones, xxv. dist. ibi: Jam ad propositum redeamus. Prima dividitur in duas. In prima determinat quid est liberum arbitrium; in secunda notificat quasdam vires animae, ut ostendat in quibus liberum arbitrium contineatur, ibi: Est enim sensualitas quaedam vis animae inferior, ex qua est motus qui intenditur in corporis sensus, atque appetitus rerum ad corpus pertinentium. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod illa potentia qua peccato resistere potuit, est liberum arbitrium; secundo diffinit ipsum, ibi: Liberum vero arbitrium est facultas rationis, & voluntatis, qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eadem desistente.

Est enim sensualitas etc. Hic notificat quasdam potentias animae. Et circa hoc duo facit. Primo notificat eas: secundo ostendit qualiter in eis potest esse peccatum, ibi: Illud quoque praetermittendum non est etc.

QUESTIO I.

ET prima pars cum praecedentibus est praesentis lectionis, circa quam duo quaeruntur. Primo de libero arbitrio. Secundo de virtutibus libero arbitrio annexis.

(11) Al. in confessione. (12) Nicolai ex Magistri textu alium paragraphum instituens, hunc apponit titulum: Quare de partibus animae haec dixit. (13) Al. quod in suo motu. (14) Al. quae sunt illae. Ex Edit. P. NICOL. (a) Sub nomine consensus voluntarii Lib. de Grat. & lib. arbit. cap. 1. (b) Non super Psal. Lxx. ut fictitiae prius ad marginem, sed in Enchirid. cap. xxx.

Circa primum quatuor quaeruntur. Primo: Utrum liberum arbitrium sit potentia, vel habitus. Secundo: Si est potentia, utrum sit una, vel plures. Tertio: Si est una, utrum sit distincta a ratione, & voluntate. Quarto: Utrum homo in primo statu per liberum arbitrium peccato resistere potuit.

ARTICULUS I. Utrum liberum arbitrium sit habitus.

I. P. quast. LXXXVII. art. 2. de ver. quast. 1. ad primum sic proceditur. Videtur quod liberum arbitrium sit habitus. Primo per hoc quod dicit Bernardus, (a) quod liberum arbitrium est habitus animi liber sui; & ita videtur esse habitus, & non potentia.

2. Praeterea. Potentia non efficitur facilis ad actum nisi ex habitu. Sed liberum arbitrium dicitur in littera esse facultas voluntatis, & rationis. Cum igitur facultas habilitatem quamdam nominet, videtur quod liberum arbitrium sit habitus.

3. Praeterea. Sicut infra dicitur, Philosophi definiunt liberum arbitrium liberum de voluntate iudicium. Iudicium autem non nominat potentiam, sed magis habitum. Ergo videtur quod non sit potentia.

4. Praeterea. Augustinus dicit (b) super Psal. Lxx. quod homo male utens libero arbitrio & se perdidit, & ipsum. Sed per peccatum nulla potentia naturalis tollitur. Ergo liberum arbitrium non est potentia, sed habitus.

5. Praeterea. Nulla potentia recipit magis & minus. Sed liberum arbitrium intenditur, & remittitur: unde & supra distinct. vii. dictum est: quod boni Angeli liberum arbitrium habent tam post confirmationem quam ante. Ergo liberum arbitrium non est potentia, sed habitus.

Sed contra. Omnis potentia determinatur per habitum ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

ad aliquid unum vel simpliciter, sicut per habitum

rum scientiæ ad unam, vel ad minus ut magis inhaereat, sicut opinio. Sed per liberum arbitrium homo æqualiter se habet ad utrumlibet. Ergo liberum arbitrium non est habitus.

Præterea. Habitus non potest esse subjectum alterius habitus. Sed liberum arbitrium est subjectum gratiæ, quæ ad ipsum comparatur, sicut sessor ad equum, sicut Augustinus (a) dicit. Ergo liberum arbitrium non est habitus.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod circa hoc quidam dicunt, liberum arbitrium, secundum quod in usum loquentium venit, nomen habitus esse, quamvis eodem nomine & potentia, & actus significetur, sicut patet in nomine intellectus, quod & potentiam, & habitum, & actum significare potest. Hunc autem habitum quem nomen liberi arbitrii designat, non dicunt esse aliquam qualitatem potentie supervenientem, sed ipsam habilitatem potentie ad actum, vel facilitatem quam habet una potentia ex adiutorio alterius: propter quod, secundum eos, facultas voluntatis, & rationis dicitur. Sed hæc opinio non recte utitur nomine habitus: quia habitus secundum proprietatem sui nominis significat qualitatem quamdam quæ est principium actus, informantem, & perficientem potentiam: unde oportet, si proprie accipiatur, quod sit superveniens potentie, sicut perfectio perfectibili. Præterea, si consideretur ratio, & voluntas, non potest esse nisi tripliciter: aut quod utrumque secundum se consideretur; & sic constat quod utrumque est potentia; & ita quodcumque eorum ponatur, liberum arbitrium erit potentia: vel quod consideretur unum in respectu alterius; & nec sic potest dici, quod unum sit habitus alterius, quia potentia non est habitus potentie: vel relatio unius ad alterum; nec hoc nomen habitus habere potest. Unde non videtur rationabiliter dictum, quod liberum arbitrium sit habitus.

Et ideo quidam dicunt, quod liberum arbitrium nominat potentiam non absolutam, sed habitualement, id est prout est per habitum quemdam perfectam, non quidem acquisitum, vel infusum, sed naturalem, per quem habitum facilis est in suum actum, in tantum, ut dominium sui actus habere dicatur. Istud etiam non videtur conveniens: quia quod voluntas habeat dominium sui actus, ex ipsa natura potentie habet, prout est imperans, & à nullo imperata: unde hanc facilitatem ex se habet, & non ex aliquo alio habitu. Et præterea unusquisque habitus se habet ad actum ut quo non simpliciter efficitur actus, sed bene efficitur. Liberum autem arbitrium ad electionis actum se habet ut quo talis actus efficitur, (1) quandoque bene, quandoque quidem male; & indifferenter: unde non videtur habitum aliquem designare, si habitus proprie accipiatur; sed illam potentiam cuius proprie actus est eligere, quia liberum arbitrium est quo eligitur bonum, vel malum, ut Augustinus (b) dicit.

Ad primum ergo dicendum, quod Bernardus large utitur nomine habitus pro habitu quodam: ex hoc enim liberum arbitrium in homine dicitur, quod hoc modo se habet ejus animus ut sui actus liberam potestatem habeat.

(1) Forte quandoque quidem bene, quandoque autem male. (2) Al. voluntaria.

Ex Edit. P. Nicolai. (a) Sive Auctor Hypognostici sub illius nomine Lib. III. cap. xi. (b) In actis cum Felice Manichæo Lib. II. cap. iv. (c) Velut ex Lib. V. responsionum ejus Albertus notat in II. Sent. dist. xxv. art. 1. Sed quatuor tantum responsionum Libri operibus illius inserti sunt, nec in illis occurrit.

Ad secundum dicendum, quod facultas secundum communem usum loquendi significat potestatem qua aliquid habetur ad nutum: unde & possessiones facultates dicuntur, quia in dominio sunt possidentis: & ideo liberum arbitrium facultas dicitur, non quasi habitus quidam, sed quia actum suum in libera potestate habet, unde & liberum nominatur.

Ad tertium dicendum, quod iudicium proprie loquendo non nominat potentiam, nec habitum, sed actum. Non autem invenitur unus habitus per quem omne iudicium elicitur, cum secundum diversos habitus in diversis iudiciis procedat: nisi forte dicamus habitum illum primorum principiorum, quorum cognitio naturaliter est insita nobis, secundum quod in omnibus iudiciis dirigimur; quem nullus liberum arbitrium diceret, quia non est proprium, & proximum directivum in electionis actum. Potest autem ad unam potentiam reduci omne iudicium electionis; & ideo congruentius hoc nomine actus datur intelligi potentia quam habitus.

Ad quartum dicendum, quod homo dicitur liberum arbitrium amisisse, non quidem essentialiter, sed quia quamdam libertatem amisit, quæ quidem est à peccato, & à miseria, ut infra dicitur.

Ad quintum dicendum, quod omnis potentia in suo actu vigoratur, aut debilitatur per habitum supervenientem, vel impedimentum adveniens: unde liberum arbitrium non dicitur liberum, quia ipsa potentia in se intendatur, & remittatur, sed quia vel impeditur per corruptionem peccati, vel expeditur per habitum gratiæ, & gloriæ.

ARTICULUS II.

Utrum liberum arbitrium dicat plures potentias, vel unam.

De ver. quest. xxiv. art. 5.

1. Ad secundum sic proceditur. Videtur quod liberum arbitrium non nominet unam potentiam, sed plures. Augustinus (c) enim dicit: *Cum de libero arbitrio loquimur, non de quadam parte anime dicimus, sed de tota anima*. Totalitas autem anime in pluralitate potentialium consistit. Ergo liberum arbitrium plures potentias colligit.

2. Præterea. Ratio, & voluntas sunt diversæ potentie. Sed liberum arbitrium est facultas (2) voluntatis, & rationis, ut in littera dicitur. Ergo in se plures potentias colligit.

3. Præterea. Potentie distinguuntur per actus, ut in II. de Anima (text. xxxiii.) Philosophus dicit. Sed liberum arbitrium se extendit ad actus plurium potentialium: quia, sicut Damascenus dicit Lib. II. orth. Fid. cap. xxvii. liberum arbitrium inquit, disponit, & sic de aliis. Ergo videtur quod plures potentias colligat.

4. Præterea. Electio nihil aliud est quam duobus propositis alterum alteri præoptare. Sed hoc cuilibet potentie competit, cum quælibet potentia conveniens appetat, & nocivum refuset. Ergo cujuslibet potentie est eligere. Sed eligere assignatur proprie actus liberi arbitrii in littera. Ergo videtur quod liberum arbitrium non sit determinata potentia.

5. Præ-

5. Præterea. Virtus, & vitium non nisi in libero arbitrio esse potest. Invenitur autem in omnibus virtutibus anime, quod in concupiscibili est temperantia, & in irascibili est fortitudo, & vitia opposita. Ergo videtur quod liberum arbitrium determinatam potentiam non nominet, sed plures.

Sed contra. Actus determinatus est determinatæ potentie. Sed eligere est quidam determinatus actus, qui libero arbitrio assignatur. Ergo liberum arbitrium est determinata potentia.

Præterea. Nihil quod est unum simpliciter in natura, constat ex pluribus, nisi illa, vel alterum eorum à sui natura transmutetur. Si ergo liberum arbitrium ex pluribus potentiis conficiatur, vel non erit aliquid unum, vel hoc erit unum cum corruptione quarundam potentialium anime: quorum utrumque est inconveniens. Ergo liberum arbitrium non colligit diversas potentias.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod quidam posuerunt liberum arbitrium non esse determinatam potentiam, sed colligere omnes vires rationalis anime, sicut totum universale suas partes. Hoc autem non videtur conveniens: tum quia oportet quod multiplicatis potentiis, liberum arbitrium multiplicaretur secundum esse (multi enim homines sunt multa animalia, & non unum) tum quia oportet quod ratio liberi arbitrii in singulis potentiis salvaretur; quod non potest esse, quia actus qui libero arbitrio assignatur, non est cuiuslibet potentie, sed alicujus determinatæ.

Et ideo alii dicunt, quod liberum arbitrium colligit plures potentias, sicut totum integrale partes suas. Nec hoc iterum conveniens videtur: quia potentia non possunt esse partes integrales alicujus unius, si accipiatur unum simpliciter, nisi forte dicatur unum quod est aggregatione, vel ordine unum. Liberum autem arbitrium non debet sic esse unum, sed simpliciter, cum sibi unus actus attribuatur.

Quidam autem dicunt, quod liberum arbitrium colligit plures potentias, scilicet voluntatem, & rationem, sicut habitus utriusque, propter quod facultas voluntatis, & rationis dicitur. Sed etiam hoc improprie dicitur: quia si nomen habitus proprie sumatur, non potest immediate unus habitus duarum potentialium, quia unus habitus ad unum actum ordinatur, qui est unius potentie.

Et ideo aliter est dicendum, quod aliquid dicitur colligere plura dupliciter: uno modo essentialiter, sicut totum colligit partes suas; alio modo virtualiter, sicut quando virtus plurium rerum in uno participatur. Secundum hoc ergo dico, quod liberum arbitrium non colligit plures potentias essentialiter, sed virtualiter, quasi una potentia determinata. Sic enim est in potentiis anime, quod cum omnes ab essentia anime oriuntur, quasi proprietates ab essentialibus rei: est tamen quidam ordo hujusmodi originis, ut scilicet origo unius potentie originem alterius præsupponat, qua mediante, quodammodo ab essentia anime procedat: quod ex actibus considerari potest. Actus enim unius potentie necessario actum alterius præsupponit, sicut actus appetitive actum apprehensivæ: & inde est quod sicut virtus essentia anime in potentia relinquitur, ita etiam virtus unius potentie in II. Sent. Tom. II.

(1) Al. & non per electionem liberi arbitrii.

Ex Edit. P. Nicolai. (a) Quod Augustini nomine subjungitur, colligi potest ex Lib. de spiritu & anima inter ejus opera supposititia recensito; sed Hugonis est.

tia præcedentis relinquitur in subsequenti: & inde est quod aliqua potentia virtutes ipsarum potentialium in se colligit; & sic est in libero arbitrio, quod ex actu ejus patet. Eligere enim, quod actus ejus ponitur, importat discretionem, & desiderium: unde eligere est alterum alteri præoptare. Hæc autem duo sine virtute voluntatis, & rationis perfici non possunt. Unde patet quod liberum arbitrium virtutem voluntatis, & rationis colligit, propter quod facultas utriusque dicitur.

Ad primum ergo dicendum, quod contingit aliquam potentiam esse determinatam in se, quæ tamen universale imperium super omnes actus habet, sicut patet in voluntate: unde liberum arbitrium propter hoc dicitur non pars anime, sed tota anima, non quia non sit determinata potentia, sed quia non se extendit per imperium ad determinatos actus, sed ad omnes actus hominis, qui libero arbitrio subjacent.

Ad secundum dicendum, quod liberum arbitrium dicitur facultas voluntatis, & rationis, non quia utramque essentialiter comprehendat, sed virtualiter, ut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod actus aliquis attribuitur alicui potentie dupliciter. Vel quia elicit ipsum sicut proprium, sicut visus videre, & intellectus intelligere; & sic libero arbitrio assignatur actus ille qui est eligere. Alio modo quia imperat ipsum; & hoc modo actus omnium virium obedientium rationi possunt voluntati attribui, quæ est motor omnium virium; & ita etiam actus diversarum virium libero arbitrio attribuntur.

Ad quartum dicendum, quod eligere non pertinet ad omnes vires, sed ad aliquam determinate, quamvis unaquæque vis in suum conveniens tendat, & contrarium refugiat: hoc enim non fit ipsa vi eligente, sed vel propter ordinem naturalem potentie ad objectum (sicut lapis naturaliter descendit, (1) & non per electionem) vel per electionem liberi arbitrii: quia, sicut dicit Augustinus (a), de spiritu, & anima cap. xxxiv. intelligentia non solum sibi intelligit, sed toti anime; & similiter voluntas non solum sibi vult; & sic de aliis.

Ad quintum dicendum, quod virtus, & vitium dicuntur esse in aliquo dupliciter. Vel sicut in causa; & hoc modo sunt in libero arbitrio & voluntate, vel quantum ad habitus, sicut in acquisitis habitibus, vel saltem quantum ad actus, quantum ad infusos.

Alio modo ut in subjecto; & hoc modo contingit in diversis potentiis anime virtutes, & vitia esse, ut supra dictum est.

ARTICULUS III.

Utrum liberum arbitrium sit potentia distincta à voluntate, & ratione.

I. P. quest. lxxxiii. art. 4. & de ver. quest. xxiv. art. 6.

1. Ad tertium sic proceditur. Videtur quod liberum arbitrium sit potentia distincta à voluntate, & ratione. Actus enim cuiuslibet potentie denominatur ab ipsa potentia, sicut velle à voluntate, & intelligere ab intellectu. Sed eligere neque à voluntate, neque à ratione denominatur. Ergo cum sit actus liberi arbitrii, videtur quod liberum ar-

ff

bi-

bitrium sit potentia ab utraque discreta.

2. Præterea. Liberum arbitrium importat iudicium, & libertatem. Sed utrumque istorum simul nec voluntati convenit, cuius non est iudicare, nec rationi, quæ violentia argumenti cogitur. Ergo liberum arbitrium est potentia ab utraque discreta.

3. Præterea. Ut Philosophus dicit in III. Ethic. c. iv. voluntas est finis; electio autem non est finis, sed eorum quæ sunt ad finem. Ergo cum eligere sit liberi arbitrii, liberum arbitrium erit alia potentia à voluntate.

4. Præterea. Ut Philosophus dicit in VI. Ethic. cap. vi. & VII. cap. viii. in operativis finis se habet per modum principii in speculativis. Sed non ad eandem virtutem pertinent principia, & conclusiones in speculativis: quia intellectus principiorum est, & scientia conclusionum. Ergo nec in operativis ad eandem virtutem pertinet finis, & id quod est ad finem; & ita voluntas, cuius objectum est finis, & liberum arbitrium, quod est electivum ejus quod est ad finem non sunt una potentia.

5. Præterea. Potentia quæ habet iudicium de actibus aliarum, est discreta ab eis, sicut sensus communis à sensibus particularibus. Sed liberum arbitrium habet iudicium de actibus omnium potentialium, quod etiam ipsum nomen sonat, à iudicando impositum, & etiam super actum ipsius voluntatis, cum Philosophi liberum arbitrium diffiniant esse liberum de voluntate iudicium. Ergo videtur quod liberum arbitrium sit potentia discreta à voluntate, & ab aliis viribus.

Sed contra. Per virtutes affectivas, & apprehensivas sufficienter dividuntur vires intellectivæ partis. Sed voluntas, & ratio comprehendunt sufficienter (2) apprehensionem intellectivam, & affectionem. Ergo liberum arbitrium non est aliud ab utroque.

Præterea. Commentator dicit super XI. Metaph. com. xxxvi. quod substantiæ separatae dividuntur in voluntatem, & intellectum solummodo. Constat autem quod in substantiis separatis est liberum arbitrium, sicut in Deo, & in Angelis. Ergo liberum arbitrium non est potentia separata à voluntate, & ratione, vel intellectu.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod quidam dicunt liberum arbitrium esse potentiam distinctam à voluntate, & ratione. Ad hoc autem ponendum diversi diversis viis moventur.

Quidam enim ponunt liberum arbitrium esse unam potentiam habentem iudicium super actus omnium potentialium: propter quod liberum arbitrium nominatur, quod iudicium importat. Sed hoc non videtur: quia iudicare de actibus omnium potentialium non potest convenire alicui potentia quæ sit aliud quam voluntas, vel ratio; præcipue cum Anselmus dicat dial. de casu diab. cap. i. quod voluntas est motor omnium virtutum: oportet enim ut ea quæ est liberrima, super alias dominium, & imperium habeat.

Alii vero alia via ad hoc moventur magis idonea, scilicet ex diversitate actuum. Vident enim eligere, quod est actus liberi arbitrii, esse aliud quam vel simpliciter, & aliud quam ratiocinari; & ideo (3) inducunt hunc actum in quamdam potentiam à vo-

(2) Al. apprehensionem, & affectionem, & intellectivam. Nicolai: comprehendunt sufficienter apprehensionem intellectivam. Ergo &c. (3) Forte reducunt. (4) Al. positivam utroque. (5) Al. Quandoque.

luntate, & ratione distinctam, qua in liberum arbitrium nominant, quod ponunt quodammodo medium inter voluntatem & rationem, & quodammodo (4) posterius utraque: secundum enim ordinem naturæ, & dignitatis oportet quod utramque sequatur, scilicet voluntatem, & rationem, cum liberum arbitrium sit ab essentia animæ procedens, præsupposita ratione, & voluntate; quod etiam ipse actus ostendit, quia eligere non est, nisi prius apprehenso sine per rationem, & desiderato per voluntatem. Deficit etiam à dignitate voluntatis, cuius objectum est principale bonum, scilicet finis; liberi autem arbitrii objectum est secundarium bonum, quod est eligibile ad finem; sed quantum ad participationem proprietatis utriusque, naturam medii habet, ut ex ratione habeat iudicium, & ex voluntate desiderium, secundum quod virtutes præcedentium potentialium in sequentibus, relinquuntur, ut dictum est. Sed istud videtur extraneum, etsi probabiliter dicatur: quia Philosophi qui potentias animæ subtiliter scrutati sunt, nullam potentiam in intellectiva parte præter voluntatem, & rationem, sive intellectum postulerunt, & ideo non videtur quod liberum arbitrium sit alia potentia à voluntate, & ratione; quod etiam ex suo actu patet. Dicit enim Philosophus in VI. Ethic. cap. ii. quod electio vel est intellectus appetitivus, vel appetitus intellectivus: & hoc magis videntur sua verba sonare, quod electio sit actus appetitus voluntatis, secundum tamen quod manet in ea virtus rationis, & intellectus: quod sic patet. (5) Quandoque enim est alicuius actus alicujus potentia, secundum quod manet in ea virtus alterius, semper ille actus illi potentia attribuitur (6) qua mediante producitur. Verbi gratia, intellectus principiorum est; ratio autem proprie, ut Isaac dicit, est faciens currere causam in causatum: unde proprie actus rationis est deducere principium in conclusionem. Hoc ergo quod est conclusiones elicere, est actus rationis, secundum quod manet in ea virtus intellectus: unde magis proprie attribuitur rationi quam intellectui. Ita etiam electionem præcedit consilium, ut in III. cap. ix. dicitur, sicut disputatio conclusionem: est enim electio præconsiliati appetitus: & ita eligere erit principaliter actus voluntatis, non tamen absolute, sed secundum quod manet in ea virtus intellectus, vel rationis consiliantis: unde sic consideraram voluntatem nominat liberum arbitrium, & non absolute.

Ad primum ergo dicendum, quod actus qui est absolute actus potentia, denominatur ab ipsa potentia; actus vero qui est unius secundum ordinem ad aliam, non denominatur ab aliqua earum; sicut scire neque à ratione, neque ab intellectu nominatur; ita etiam eligere neque à voluntate, neque à ratione.

Ad secundum dicendum, quod quamvis iudicium non pertineat ad voluntatem absolute, iudicium tamen electionis, quæ tenet locum conclusionis, ad voluntatem pertinet, secundum quod in ea virtus rationis manet.

Ad tertium dicendum, quod unaquæque potentia diffinitur ex eo quod est per se objectum ejus, & formaliter. Cum autem objectum voluntatis sit bonum, propter hoc à fine principaliter describitur, quia habet per se rationem boni. Id autem quod est ad finem, non est bonum inquantum huiusmodi absolu-

te, sed ex ordine ad finem; sed tamen secundum hoc quod participat rationem boni, est objectum voluntatis, secundum scilicet quod in voluntate est (7) vis rationis ordinantis.

Ad quartum dicendum, quod quamvis principia, & conclusiones pertineant ad diversos habitus animæ, non tamen pertinent ad diversas potentias. Vel melius dicendum, quod si etiam ratio, & intellectus diversæ potentia ponantur, non tamen propter hoc sequitur quod voluntas, & liberum arbitrium sint diversæ potentia: nihil enim dividitur essentialiter per id quod est accidentale sibi, sed per id quod est essentialiter. Conferre autem, & ordinare virtuti apprehensivæ per se convenit, appetitivæ autem non nisi per accidens, secundum quod est in ea vis apprehensivæ: & ideo virtus apprehensiva convenienter dividitur in virtutem quæ absolute accipit verum, sicut est intellectus, & quæ est cum collatione, sicut est ratio; sed appetitiva non debet dividi in eam quæ accipit bonum absolute, & in eam quæ accipit bonum in ordine ad aliud, quia ille ordo non est à voluntate, sed à ratione: unde voluntas est magis ordinata, vel collata, quam conferens, seu ordinans.

Ad quintum dicendum, quod non oportet quod iudicium actus cuiuslibet potentia pertineat ad aliam potentiam, quia sic abiretur in infinitum; sed est devenire ad summas potentias, quæ super suos actus reflectuntur, sicut est voluntas, & ratio: & ideo non oportet quod sit alia potentia iudicans de actu voluntatis, & rationis. Iudicium autem liberi arbitrii intelligitur iudicium electionis: unde quod dicitur liberum de voluntate iudicium, ly de non denotat causam materiale, quasi voluntas sit id de quo est iudicium, sed originem libertatis, quia (8) quod electio sit libera, hoc est ex natura voluntatis.

ARTICULUS IV.

Utrum Adam potuerit vitare peccatum per liberum arbitrium in primo statu.

1. AD quartum sic proceditur. Videtur quod non poterat peccatum vitare. Quia, sicut dicit Augustinus (a) in Lib. de vera innocentia, natura humana etsi in illa integritate in qua condita est, permaneret, nullo tamen modo seipsam sine Creatore adjuvante servaret. Sed sua conservatio erat ut sine peccato maneret. Ergo videtur quod per liberum arbitrium peccatum vitare non poterat.

2. Præterea. Liberum arbitrium, ut in littera dicitur, est quo malum eligitur gratia desistente. Sed Adam in primo statu gratiam non habuit; alias proficere potuisset ad meritum vitæ. Ergo videtur quod oportebat illum malum eligere.

3. Præterea. Vincentii debetur corona. Sed resistere tentationi, est tentationem vincere. Si ergo per liberum arbitrium potuisset tentationi resistere, videtur quod per liberum arbitrium coronam mereri potuisset: quod falsum est, & in littera negatur.

4. Præterea. Vitare peccatum est quoddam laudabile. Sed opus laudabile proficit ad meritum vitæ, In II. Sent. Tom. II.

(7) Al. jus. (8) Al. deest quod.

Ex EDIT. P. NICOL. (a) Nullo modo in Augustino talis Liber; sed sententia hic relata ex epistola cxi. desumitur aliquantisper ante finem: nec epistola illa talem titulum præfert, sed nomine Alipii, & Augustini Coepiscopo Paulino inscribitur, ad eum de hæresi Pelagiana instruendum. (b) Colligitur ex Augustino Lib. de duab. anim. adversus Manichæos cap. xi. & Lib. lxxxiii. Q. quæst. xxiv. ubi nec recte factum, nec peccatum, nisi voluntarie fiat, imputari non posse dicit.

quia opus laudabile est actus virtutis. Si ergo peccatum vitare potuit per se, etiam potuit ad meritum vitæ proficere: quod in littera negatur.

Sed contra. Nulli imputandum est, si facit illud quod vitare non potest. (b) Sed homini imputatum est ad poenam, quod peccatum non resistit. Ergo peccatum vitare potuit.

Præterea. In rebus naturalibus simul datur rei generata forma specifica, & virtus sese conservandi in esse specifico. Sed opera Dei sunt perfectiora quam opera naturæ. Cum ergo homini rectitudinem voluntatis dederit, videtur quod dedit ei potentiam conservandi se in illa rectitudine. Sed hoc non potuit nisi peccatum vitando. Ergo videtur quod per liberum arbitrium peccatum vitare potuit.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod hoc quod aliquis non possit vitare peccatum, potest intelligi dupliciter. Uno modo ita quod ad peccatum per violentiam impellatur; & hoc omnino libertati arbitrii repugnat, quæ coactionem non patitur. Alio modo quia liberum arbitrium ad malum inclinatur vel per habitum aliquem, vel per passionem, cui liberum arbitrium stuccumbit. Neuro autem modo potest dici de primo homine, quod peccato resistere non posset: quia & verum liberum arbitrium habebat, & integrum: unde nec passiones inerant quæ ad malum impellerent, nec habitus perversus naturam corrumpens: quæ omnia ex peccato consecuta sunt: & ideo non solum habuit quod peccato resistere posset, sed quod etiam illud facile vitare potuerit: quod etiam peccatum ejus aggravavit, ut supra dictum est.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus operatur in voluntate, & natura, sicut prima causa in causis secundis: & ideo sine ipso adjuvante nec lapis in esse conservaretur, nec deorsum tenderet: similiter etiam nec humana natura sine eo vel consistere potest, vel rectum motum voluntatis habere. Non tamen propter hoc sequitur quod aliquo dono naturalibus superaddito, quod scilicet in sui conditione acceperit, indigeret, ut peccatum vitaret.

Ad secundum dicendum, quod hic est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod homo in gratia creatus est; & isti dicunt, quod est duplex profectus: unus ad meritum, & hunc habere poterat per id quod jam acceperat; & alius ad confirmationem beatitudinis, & hunc per id quod tunc acceperat, habere non poterat. Sed supposito etiam, secundum aliam opinionem, quod gratiam gratum facientem non habuerit, adhuc non sequitur quod non potuerit peccatum vitare: cum enim dicitur, quod liberum arbitrium eligit malum gratia existente, non intelligitur obligatio liberi arbitrii sine gratia considerari ad malum; sed ostenditur quod liberum arbitrium per se sine gratia potest in malum, non autem sine gratia potest in bonum meritorium.

Ad tertium dicendum, quod non cuilibet victoria debetur corona vitæ æternæ, sed ei quæ est gratia gratum faciente informata: frequenter enim etiam peccatores alicui tentationi resistunt, per quod ta-

ff 2